Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tuā eius claritatē reuelata facie contēplantes: laudare mereamur
per infinita sęcula sęculorum. AMEN. DE SCA TRINITATE.
SCDM IOHANNEM.
ERAT. HOMO EX PHARISEIS
NICHODEMUS. NOMINE.
princeps iudeorum. Hic uenit ad ihm nocte.
et dixit ei. Rabbi. scimus quia a deo uenisti
magister: ET RELIQUA. OMELIA LEC
TIONIS EIUSDEM.

SICUT. EX UERBIS. SCORUM
patrū cognouimus: princeps iste iudeorū. diuinis
aliquantulum miraculis eruditus: ihm xpm a deo
uenisse. et dnm cū illo fuisse credidit. sed tamen ipsum
esse dnm non dum perfecte cognouit. quem ideo magistrū nomi
nat. quia celesti eius magisterio ad uiā perfectę ueritatis uenire sperabat.
unde et ipse magister ueritatis. dum hunc solū qui ad eū uenerat ni
chodemū erudiuit et docuit. cunctis fidelibus. qua uia. quo ordine.
saluari debeant ostendit. Amen amen dico tibi. nisi quis natus fue
rit denuo. non potest uidere regnū di. Predixit saluator hac bre
ui sententia sacramentū baptismatis. quod cotidie frequen
tatur in ecclia. nam qui in originali peccato concipitur et nascitur. necesse
habet. ut per baptismi gratiam regeneretur ac renouetur. quatenus et filius dei
fieri. et uidere possit regnū di. At ille ut pote in nocte ueniens.
adhuc uidelicet in tenebris ignorantię manens. mysteriū uerbi
huius capere non ualuit. ideo consequenter interrogando ait. Quomodo potest
homo nasci cū sit senex. Numquid potest in uentrem matris suę iterū
introire et nasci. Non sine causa dnm dixisse credidit ea quę de
iteranda natiuitate dixit. idcirco quomodo hec eadem fieri possent
diligentius inquisiuit. cui etiam modū eiusdem natiuitatis manifestius